



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 633. Usque Ad Annum 726

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117840**

§. 26. Joannis IV. Obitus. Theodorus Papa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66082](#)

tem indat, & hunc Libellum publice Sæculum VII  
affixum diripi jubeas, qui omnibus Fi- A.C. 642.  
delibus in Occidente, imo & Populo Con-  
stantinopolitano scandalo fuit. Eja!  
dum Regnum auspicaris, da istud preci-  
bus Ecclesiæ, Matris tuæ! (\*) Verisi-  
mile est, Imperatore Constantino præ-  
coeli fatœ erepto, istos hortatus effectu  
caruisse.

§. XXVI.

*Joannis IV. obitus. Theodorus  
Papa.*

Sed nec Pontifex his diu superstes fuit,  
quippe anno sequente 642. obiit, se-  
pultusque est ad S. Petrum, duodecimo  
Octobris, postquam Sacram Sedem an-  
no uno mensibus novem & aliquot die-  
bus tenuisset. Hoc brevi Pontificatus  
sui tempore magnam pecuniæ vim, Mar-  
tini Abbatis, sanctissimi & fidelissimi Vi-  
ri ministerio usus, in Istriam ad redimen-  
dos e manibus Sclavorum captivos mi-

Anast.

E 4 sit.

(\*) Ex his non tantum incorrupta semper  
Romanorum Pontificum Doctrina, sed etiam cu-  
ra vere Pastoralis & Apostolica Ecclesiæ Orien-  
tales in Fide Orthodoxa & Communione Eccle-  
siæ Universalis conservandi dispicitur. Nemo  
profecto, si æquus rerum Arbitr sit, funesti  
Schismatis culpam in Sedem Romanam reje-  
cerit.

**Sæculum VII sit.** Ex illis etiam Regionibus Reliquias  
**A. C. 642.** SS. Martyrum Venantii, Anastasii, &  
 Mauri, aliorumque afferri jussit, eorumque honori prope Baptisterium Lateranense Ecclesiam ædificavit, quam munificentissime decoravit. Duabus Ordinationibus mense Decembri Presbyteros octodecim, Diaconos quinque, & Episcopos per diversas Ecclesias octodecim creavit. Post Joannis IV. obitum Sacra Sedes mense uno & diebus tredecim vacavit. Tum vigesimo quinto Novembris eodem anno 642. ordinatus est Theodorus, Natione Græcus, Jerosolymæ natus, Episcopi, cui idem erat nomen, filius, qui Sacram Sedem annis sex, mensibus quinque & diebus octodecim tenuit.

### §. XXVII.

#### *Ecclesia Anglicana.*

**Beda. III.** **hist. c. 9. &** **Epist. Sup.** **I. XXXVII.** **J. 45.** **E**odem anno 642. S. Osualdus Rex Nordhumbræ in Anglia in acie dimicans occisus est ab eadem Natione Merciorum, adhuc infidelium, & eodem Rege Penda, qui ante annos novem S. Eduinum Antecessorem ejus interfecerat. Ecclesia memoriam S. Osualdi honorat quinto Aug. ipsius obitu die, atque in loco, in quo cecidit, multa miracula patrata. Imo illius terræ pulverem auferebant, atque aqua, cui ille immixtus fuis-